

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Geschichte der Benediktinerabtei St. Peter auf dem
Schwarzwald**

Mayer, Julius

Freiburg i. Br. [u.a.], 1893

3. Professio Christophori Stoppel

urn:nbn:de:bsz:31-32155

Dritte Beilage.

Monasterii S. Petri in Nigra Silva Formae veteres et novae iurandi

in Sacram Divi Benedicti Regulam¹.

1.

Professio Fratris Bertholdi².

Ego frater Bertholdus promitto stabilitatem et conversionem morum meorum et obedientiam secundum regulam Sancti Benedicti coram Deo et Sanctis eius in hoc monasterio, quod est constructum in honore beati Petri apostoli, in presentia Domni Arnoldi abbatis³.

2.

Professio F. Caspari Goldschmid

10. Maii anno 1506.

Ego frater Caspar Goldschmid de Villingen promitto stabilitatem et conversionem morum meorum et obedientiam secundum regulam sancti Benedicti coram Deo et Sanctis eius in hoc monasterio, quod est constructum *in honorem sanctorum apostolorum Petri et Pauli*, in presentia Domni Petri abbatis. *Anno Domini millesimo quingentesimo sexto, octava inventionis sancte Crucis, Dominica Cantate.*

3.

Professio Christophori Stoppel

sub Abbate Iodoco regnante ab anno 1512 usque 1531.

Ego frater Christophorus Stoppel promitto stabilitatem et conversionem morum meorum et obedientiam secundum regulam

¹ Siehe Quellen und Hilfsmittel A, II, 6.

² Professformel aus der Zeit des Abtes Arnold (1255—1275). S. o. S. 34.

³ Eine der Zeit des Abtes Eberhard (1291—1295) angehörende Professformel stimmt mit der oben angeführten wörtlich überein.

sancti Benedicti: coram Deo et Sanctis eius in hoc monasterio, quod est constructum in honore beatorum Petri et Pauli apostolorum: *in presentia reverendi patris et Domini Iodoci Keisers huius loci abbatis, quod chyrographo meo attestor proprio.*

4.

Professio F. Antonii Hoffmann

21. Oct. 1573.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, Amen. Anno a Nativitate eiusdem Sesquimillesimo Septuagesimo Tertio, Die vicesima prima Mensis Octobris.

Ego Frater Antonius Hoffmann ex Friburg Brigawiae, Promitto stabilitatem, et conversionem morum meorum, et obedientiam secundum Regulam Sancti Patris nostri Benedicti, coram Deo, et Sanctis eius, et quorum Reliquiae habentur in hoc Monasterio, quod constructum est in honore Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, in praesentia Reverendi Patris ac Domini Danielis Abbatis eiusdem Coenobii. *Ad huius igitur rei maiorem evidentiam et fidem, hanc professionem meam, nunc a me distincte prolatam, propria manu scriptam, signoque sanctae Crucis subsignatam (ac meipsum offerens) trado atque dedico, inprimis Deo, et omnibus Sanctis eius, atque huic Monasterio, Reverendisque Dominis meis, Abbati, totique Conventui eiusdem Congregationis.* Datum et Actum Die et Anno quo supra.

†

5.

Professio F. Ioannis Weneri Breining

1. Maii 1584.

Ego F. Io. Wenerus Breining Enshemianus offerens trado meipsum huic Monasterio Sancti Petri Apostoli in Nigra Sylva et promitto R. D. Ioanni Ioachimo Minsingero eiusdem Monasterii *Praelato*, suisque Successoribus canonice intrantibus, obedientiam et reverentiam debitam *secundum regulam canonicam* Sancti Pat. Benedicti. Promitto etiam coram Deo, et omnibus Sanctis: eidem Abbati et Conventui eiusdem Monasterii, *praesenti et futuro*: Stabilitatem, morum meorum emendationem in hoc loco, et *renuncio propriis, atque me servaturum castitatem et continentiam: in quantum humana fragilitas permiserit.* Amen.